

eritit: raro in senectute bonus erit.

De remedio contra luxuriam.

Qonsuere medici primū egrotis gravitatē morbi subtili disputacōne ostendere: et tūc demū rem medij opem adhibere. **Cap. iij.** Cognita em̄ gravitate egritudinis: minus terret amaritudo pocōnis. Id ego tecum facturus. primū quidem periculū seminee cohabitacionis tibi multimoda demonstracōne aperui: et quis sit finis huius morbi quantū licuit declaravi. Consequens igitur nūc est: ut de remedio cogitemus. Caro em̄ semp concupiscat aduersus spiritū: et nisi exercicio salubri refrenetur: et se et illum in profundū damnationis precipitat. Hinc probe admonet poeta dicens. Ocia si tollas. perire cupidinis arcus: contempteq; iacent: et sine luce factes. Sancta etem̄ scriptura phibet: quoniā in desiderijs est omnis ociosus. Dportet igitur eum qui viciū libidinis cupit extinguere: se in aliquo sancto opere iugiter exercere. Ociositas quippe inimica est anime. Hinc beatus hieronymus quendā admonet dicens. Semper aliquid boni facito: ut te diabolus inueniat occupatū. Optimū quippe remedium contra malas cogitacōnes: est operis sancti alicuius occupatio. Enunvero dum animus circa aliquod bonū exercitiū delectabiliter intentus est: aliunde non cogitat. Non patebit accessus diabolo: si mens fuerit occupata in aliquo exercicio. Exemplum sume in sancto david: qui occupatus bellicis rebus luxuriā dormuit: ociosus in domo consistens adulteriū commisit. Dū manus vacat ab ope: mens languet in cogitacōne. Si ergo cupis libidinem vincere: ocium fuge. Quibus autem exercitijs tempus accōmodare debeas: paucis si placet accipito. Hanc assuescas ante lucem de somno exurgere: et oracōnibus tam canonicis quā votivis aliquantulū vacare. Cumq; pensum seruitutis tue orando devote cōpleueris: lectionibus sacris deinceps vacabis.

B ij